

est voluntarium simpliciter, id est, absolute & efficaciter, N.  
A. Quod enim sic est simpliciter voluntarium, id est actu &  
efficaciter ut medium ad vitandum maius malum, non impe-  
dit, quin idem secundum se considerandum sit ingratum volun-  
tati, & idem involuntarium secundum quid.

Obj. 3. contra 2. Conclusionem. Contractus initi ex gravi metu sunt invalidi: ergo simpliciter involuntarii. R. D. A. Sunt invalidi Jure naturae, N. A. Jure positivo, quantum ad aliquos, C. Sed de hac difficultate abunde dixi Tract. de Contractibus Diss. 1. art. 4. require.

Ex dictis inferes, merum gravem in his, quæ sunt intrinsecè & invariabiliter mala, seu, ut dicitur, prohibita quia mala, non excusare à toto peccato: quia remanent simpliciter.

mal, non excusare a toto peccato; quia remanent simpliciter voluntaria. Hinc, qui metu mortis fidem negat, pejerat, forniciatur, &c. peccat mortaliter. Excusat tamen a tanto, & eo magis, quod gravior est mens, quia minuit voluntarium. In his vero, quae non sunt intrinsecè mala, sed malum quia prohibita mentis gravis regulariter excusat a toto; non quod non sint simpliciter voluntaria, sed quia leges positivæ, sive divine sive humanae, ex intentione suorum legislatorum non obligant regulariter cum tanto dispendo: unde hujusmodi opera, que non sunt mala nisi ratione legis, cessante obligatione legis cessant esse mala. Hinc, qui metu mortis vel gravis infamie, aut alterius gravis mali, non jenerunt in Quadragesima, non audiret Sacrum de Festo, &c. non peccaver-

Dixi: *regulariter*; qui quandoquā leges positivē, sive divine, sive humanē obligant etiam cum dispenso virū. 1. quandō quod lex præcipit, est tunc momentū, ut iudicio prudenter prepondēret vita unius particularis. Patet in milite, cui præceptum est non deserere stationem, seu irrupere in hostem cum evidenti mortis periculo. 2. Quando transgressio legis cederet in contemptu Religionis, aut potestatis Ecclesiasticæ, ut accidit Machabæis, quibus Tyranni cominabantur mortem, si manducarent carnes porcinas in contemptu Legis; qui præstat non contemni Legem, Fidem, aut Religionem, quam conservari vitam unius privatū. Sed de his specialiter, dum de Legibus.

## ARTICULUS VIII.

### *Utrum concupiscentia causet involuntarium?*

**P**ER concupiscentiam hic intelligitur motus, seu passio appetitus sensitivi prosecutus bonum, prout distinguitur motu refugiente malum, qualis est metus. (*Infr.* q. 73, art. 6, d. 2, q. 17, art. 6, p. 2; *q. 150*, art. 1, d. 2, q. 1, art. 1, p. 2).

q. 77. art. 6. q. 150. art. 4. ad 3. q. 154. art. 3.  
d. i.) Et hæc concupiscentia vel antecedit omnem motum  
voluntatis, eumque causat, ut dum visa pulchra muliere com-  
moverat libido, moventem voluntatem ad eam appetendam;  
et sequitur motum voluntatis, ut dum quis intensa volun-  
tate aliquid, unde excitatur passio in appetitu inferiori.  
Aliam est, concupiscentiam consequentem nihil agere circa  
voluntarium, aut involuntarium, cum ad ipsum sequeatur,  
sed esse tantum signum intensi voluntarii. Est ergo quistio  
sola concupiscentia antecedente, quomodo se habeat ad  
voluntarium & involuntarium. Distinguunt autem debet triplex  
gradus voluntarii. Primus gradus voluntarii absoluti, quod  
procedit a principio intrinsecus cum cognitione finis, materi-  
ali, quæ competit bratis. Secundus gradus est voluntarii  
perfecti, quod procedit a principio intrinsecus cum cognitione  
finis formaliter ut finis. Tertius gradus est voluntarii liber-  
i, quod procedit a principio intrinsecus cum cognitione finis sub  
diferentiis propositis. Consulte Art. 1. hujus Dissert.

Dico 1. Concupiscentia antecedentes potius causit voluntum, quam involuntarum. Quia aliiquid dicitur voluntarium ex quo voluntas in illo fertur; aquil per concupiscentiam voluntas inclinatur ad volendum id, quod appetit concupiscentia; ergo concupiscentia potius facit ad hoc, quod aliiquid sit voluntum, quam involuntarium. (*Hie art. 7. q.*)

Dico 2. Concupiscentia antecedens auget voluntarium ablutum, minuit perfectum, & liberum. Prob. 1. pars. Concupiscentia antecedens facit, quod voluntas praevia cognitione feratur in obiectum majori impetu, & inclinatione, quam non esset concupiscentia: ergo. Prob. Am. 1. ratione; quia, plene concupiscentia, intellectus proponit voluntati obiectum ut magis concepiscibilis, id est, majori efficacia praeendum. Experiens; videmus enim eos, qui amore alio obiectum persequuntur, majori impetu in illud ferri, quam ha passione noua afficerentur: ergo. Prob. 2. pars. Voluntum perfectum est, quod procecat a principio intrinseco in cognitione finis, & formalitate ut finis, id est, cum cognitione dignitatis finis, & formalitatis medium ad illam; at concupiscentia minuit, fine quandoque tollit hanc cogni-

est avarus. Sed quod Mercator patiatur repugnantiam, in protectione mercium, ortum habet ex ipso metu, qui non est nisi de malo, & ad majus malum vitandum movet per se ad minus palum.

**Replicabis:** sicut per timorem timidus agit contra id, quod  
in animo habebat; ita qui vincitur concupiscentia, agit id, quod  
lioquin non vellet agere, ut dum virtus libidine fornicatur,  
quod alioquin non vellet: ergo subsistit paritas.

R. N. Paritatem. (*Ibid. ad 2.*) Disparitas est, quod in eo, qui per metum agit, manet repugnativa voluntatis ad id, quod agitur secundum se consideratum, ut patet in projectione mercium metu mortis; sed in eo, qui aliquid agit ex concupiscentia, ut in fornicationem, non manet prior voluntas, qui repudiabat fornicationem, sed mutatur ad voluntum id, quod prius repudiabat. Unde incontinentis concupiscentia agit contra id, quod prius proponebat, non contra id, quod mente vult; sed timidas agit contra id, quod etiam nunc vult se-

Petes, utrum & quomodo habitus, sive boni, sive mali conducunt ad rationem voluntarii, & liberi? R. habitus, sive bonus, sive malus, auget voluntarium, quia voluntati facilitatem, promptitudinem, & propensionem confert ad agendum, nonnihilque repugnantiam tollit; neque minutum liberum, quia, si inclinet voluntatem in unam partem, & inde videatur minus indifferentia, quia tamen liber est acquisitus. & liberus con-

in membris; quia tamen liber est acquisitus, & liber conservatur, etiam ipsa inclinatio in unam partem ex tali habitu oritur; est libera ex suo principio, sicut concupiscentia consequens. Quin immo habitus bonus ipsam perficit libertatem, cum inclinet voluntatem ad expeditius agendum conformiter ad rectam rationem, immunita tantum potentia peccandi, que non est perfectio, sed defecras libertatis.

Hinc interies, peccantem ex habitu neque a toto, neque a tanto peccato excusari, quin potius magis accusari, & graviter pccare; quia majori inclinatione, & delectatione, nec mineraliter peccat, quam si sine habitu pccaret. Et ideo S. Thom. infra quast. 78. art. 2. docet, peccantem ex habitu pccare ex malitia. Attamen & hoc sedulò notandum pro praxi, dum manus habitus dispiciunt, & peccator mediis adhibitis illum, quantum potest, eradicare conatur, tunc motus mali, qui ex illo deliberante estuunt, ut blasphemie, v. gr. non amplius importunad culpam, quia desunt esse liberi in suo principio.

## ARTICULUS IX.

*Utrum ignorantia causet involuntarium.*

**Gnorantia** est carentia scientiae in subiecto scire capaci-  
tate; si enim subiectum sit incapax scire, erit nescientia, ut  
pueris, & animalibus. (Q. 3. de mala a. 7.) Ignorantia ex-  
iste intellectus dividitur in ignorantiam privativam sumptu-  
am modo descripsi; & ignorantiam contrariam sumptu-  
am dicitur pravae dispositionis, & est error, ut cum quis  
nabet habitum falsorum principiorum, vel falsorum opinione-  
rum, & obviis dividit hanc ipsam in ignorantiem.

x parte objecti dividitur ignorantiā in ignorantiā facti, & Ju-  
diciis, ut si quis ignoret Petrum esse excommunicatum, est ig-  
norantiā facti; si ignoret excommunicatum esse vitandum,  
est ignorantiā Juris. Et hac est ignorantiā Juris, vel natu-  
ralis, vel divini, vel humani. (*Hic art. 8. o.*) Ex parte voluntati-  
tis dividitur in ignorantiā antecedentem, concomitan-  
tem, & consequentem; & de ignorantia hoc sensu sumpta-  
re est quæstio. Ignorantiā antecedens est, qua p̄cedit omni-  
um actum voluntatis, ita ut nullatenus sit volita, seu volun-  
taria, est tamē causa volendi, seu faciendo id, quod non  
eret, si scientia adesset; ut in eo, qui adhibita sufficienti  
scientiā occidit amicum, putans invincibiliter occidere cer-  
tum; quem non occidisset, si scivisset esse amicum. Dicitur  
iam invincibilis, non tamē coincidunt ignorantia antecedens,  
invincibilis, addit enim antecedens, prout hic sumitur, supra

Quod hic dixi de ignorantia, potest dici de inadvertentia que est quedam ignorantia actualis, aut saltēm ignorantia equivarient in ordine ad voluntarium. Hac de præsentī materia nō sufficiunt; et ea namquæ redibit sermo, dum de causis peccatorum.

## PIGRESSIO HISTORICA

um Lot, metu a Sodomitis incusso, licite obtulerit suas  
Filiae eorum libidini?

AD ART. 6. PRÆCEDENTIS DISSEMIN.

**F**Actum sic narratur Gen. 19. Lot, suspectis hospitio duabus Angelis sub specie humana, & viris Sodomitis conseruando crimen minando poscentibus, his dixit: Noli

## TRACTATUS

*te queso fratres mei, nolite malum hoc facere. Habeo duas filias, que neclum cognoverunt virum: educam eas ad vos, & abulimini eis, sicut vobis placuerit, dummodo viris istis nihil mal faciatis, quia ingressi sunt sub umbra culminis mei. Quæstio est, utrum in hoc peccaverit Lot?*

Hujus difficultatis resoluenda pendeat ex animo, quo Lot Filias suas obculit Sodomitis, circa quod duplex est Sententia. 1. sententia est Cajetani, qui existimat Lot non obculisse suas filias animo repensandi flagitium flagito, sed animo placandi forentem populum per hyperbolam sui submissionem; credebat enim & rationabiliter, ut probavit eventus, populum minime accepturum hujusmodi oblationem, sed quod haec submissione placatus ab incepto desideret, idque eo verosimilius, quod ut pater ex sequentibus, filii ejus erant iam rūm desponsatae civibus Sodomæ, quorum aliqui amici hanc dubie aderant: sic ergo se gessit Lot, sicut, qui placatus alium gravi injurya a se offendit; ei offeret pugionem nudum, dicens: interfice me; non eo animo ut interficiatur, sed ut tantum submissione placetur offensus. Per exaggerationem ergo hoc dixit Lot, sicut David dixit ad Ionathan. 1. Reg. 20. *Si est iniurias in me, tu me interfice, & ad Patrem tuum ne introducas me, securus quid non interficeretur: sicut Moyses dixit Deo Exod. 32. Aut dimittit eis hinc nosnam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti, probè sciens non esse delendum. Hanc expositionem amplectuntur Tirus, Menochius, Sæ, & ali: illam non improbant à Lapiде, & Natalis Alex. Et ex videtur probabilius, quod non sit faciliter conceptum, quomodo bonus Pater, vir aliund prudens & justus, sincere maluerit proprias filias publice fecari, quam ignotos extraneos. Juxta hanc autem interpretationem manifestum est, Lot non esse culpandum, sed potius laudandum. At vero Aug. & hæc est altera Sententia, q. 42. in Genes. & liber. contr. Mendacium ad Consentium c. 9. censet, Lot filias suas obtulisse Sodomitis eo animo, ut stuprarentur, & si minori flagitio magis impideat. In filiis suis, non tantum id volens animo, verum & offerens verbos, & si illi assensu fuisse, impleturas & facta. Juxta hanc autem interpretationem, & in hac hypothesisi*

Dico: Probabilius est, Lot, metu a Sodomis incusso suas filias libidini offertem, non esse a peccato omnino excusandum, licet animi turbatio, & studium defendendi, hospites peccatum minuerint. Ita August. locis cit. Prob. Sic ut juxta Apost. Rom. non licet facere misera mala, ut eveniant bona, non licet facere minora mala scilicet culpa, ut ea proscrutare, ut intentio majora in aliis. Si enim, inquit Aug. ibid. hanc peccatis aperimus viam ut committamus minoria, ne alli majora committant, lato limite, immo nullo limite, sed coniunctis & remotis omnibus terminis infinito spatio, cuncta intrabunt atque regnabunt; quando enim fuerit definitum peccandum esse homini minus, ne aliis peccet amplius, profecto & fortis nostris stupra eaventibus aliena, & incesta stupris; & si qui imperia visa fuerit etiam peior incestis, incesta quoque facienda dicentur a nobis; atque Lot ad vitandum magis malum non solum permisit, aut toleravit (quod quandoque licet) sed & committere & prosurare voluit, dum dicit: *Educam eas, &c.* ergo. Confirmatur 1. Lot non erat dominus corporis & stuperis suarum filiarum: ergo illicite eas stuprandas oblitus. 2. Lot ut Pater magis tenebatur consulere salutem propriarum filiarum, quam extraneorum: ergo.

\*\*\*\*\*

## DISSERTATIO II.

## DE VOLUNTARIO LIBERO, SIVE DE LIBERTATE CREATÆ.

CUM libertas arbitrii sit fundamentum totius moralitatis, curaque per omnes ferme Theologæ partes, eaque sit variorum errorum antiquorum, & recentiorum materia, opera præsumi duxi hanc Dissertationem instituere extra ordinem Quæstiōnum Auctoris. De libertate creatæ agit Auctor 1. p. q. 83. q. 24. de verit. q. 6. de malo, & alibi.

## ARTICULUS I.

## Prænotanda scitu necessaria.

## §. I. Multiplex acceptio libertatis.

Liberitas opponitur servitutem, & subjectionem: unde libertas generaliter est exemptio, seu immunitas a servitute, & subjectione; torque modis accipitur, quod modis accipitur servitus

Obj. 1. Lot post hoc factum justus vocatur 2. Petri 11. ergo. R. Lot vocari a S. Petro justum, comparativè ad Sodomitas, qui ab eorum flagitiis semper abhorruit. Ita Aug. q. 45. in Genes. Et quia, ut dixi, mentis turbatio, & studium salvandi hospites ejus culpam valde diminuit, & probabiliter a lethali excusavit: insuper dato Lot graviter peccasse, peccatum penitentia delevit, & ideo justus: sicut Sampson recensetur in Scriptura inter justos veteris Testamenti, non obstante scorbutatione ejus, quia illam penitentiam explavit.

Inst. Chrysost. hom. 43. in Genes. laudavit hoc factum Lot. Quanta, inquit, justi virtutis omnem virtutem hospitalitatem superavit. Quid enim justi hujus benignitate sat dignum attulerit, qui neque filiatus parcer voluit, ut seruaret hospitium honorem, & liberaret eos a perservante Sodomitarum? Et illi quidem filias suas propositus, ut hospites viatores, iterum eadem dico, omnium ignoros eriperet ab impiorum contumelia. Item S. Ambros. 1. i. de Abraham c. 4. Offerebat sanctus Lot filiarum pudorem; nam, etsi illa quoque flagitiosa impuritas erat, tamen minus erat secundum naturam coire, quam adversus naturam delinquentem. Preferebat dominus sue veracindam hospitalitem gratiam, quam apud barbaras gentes inviolabilem. Denique S. Thom. q. 1. de malo art. 2. ad 14. Lot, inquit, non prælegit culpan penæ, sed ostendit ordinem esse servandum in fuga culparum; quia tolerabilis est, si quis committat minorem culpam, quam maiorem: ergo. R. ad 1. Quidam dicens, Chrysost. his verbis prolixus expositioni Cajetani; sed male, cum disertè assertat Lot filiis suis parcer noluisse, & eas prostituisse. Dicendum itaque, Chrysost. laudare quidem benevolentiam, & zelum Lot in defendendis hospitibus suis, non verò propriodum suarum filiarum prostitutionem: sicut SS. Patres laudant pietatem obstetricum erga mulieres Israëlitæ, non verò earum mendacium. Ad 2. R. S. Ambrosium referre dumtaxat Lot minus malum præ majori elegisse; at id ipsi fuisse licet non asserit, immo contrarium innuit cum dicit: *illa quoque flagitiosa impuritas erat.* 3. R. S. Thom. nihil aliud significare quam Lot tolerabilis peccasse eligendo minorem culpam præ majori, quam si majorem leviori precelegisset. Pater ex terminis.

Obj. 2. Licitum est sudare minus malum, ad evitandum manus: si violenti furari centrum, licet suadeo, ut futurum tantum quinquaginta; atque Lot suscit tantum minus malum ad evitandum magis: ergo. R. 1. N. Min. Non enim tantum suscit Lot stuprum suarum filiarum, sed & ad illud cooperari voluit, etiam disponendo de re, cuius non erat dominus, ut patet ex probationibus conclusionis. Licit autem volenti furari centrum possim sudare simpliciter furari quinquaginta tantum, non possum tamen possesse ipsi cooperari, & adjuvare ad surandum quinquaginta. R. 2. D. Maj. Licitum est sudare minus malum ad evitandum magis, si objectum suasionis sit tantum omisso, aut minoratio majoris mali sine damno tertii, de quo non cogitat malefactor, C. M. si objectum suasionis sit malum in se, aut etiam minoratio tantum mali, sed cum damno tertii, de quo non cogitat malefactor, N. Sic volenti occidere Petrum non licet militare ut spoliat Joannem; sic enim esset auctor furii, & damnui Joannis, de quo non cogitat malefactor: sic Lot respectu stupri filiarum suarum, de quibus non cogitabant Sodomites, furentes dumtaxat in hospites extraneos. Confer, qua dicta de Jure, & Justitia Dissert. 8. art. 12. §. 1. n. 6. & de Temperantia Dissert. 3. art. 3. obj. 4.

## DE ACTIBUS HUMANIS.

intelligit, Aug. dicto, in c. 5. Ep. ad Galat. *Quod amplius nos delectat, secundum id operemur, necesse est.* Uno verbo tota libertas arbitrii, quam agnoscat Jansenius in hoc statu naturæ lapsæ, nihil est aliud quam necessitas alterativa, seu veribilitas ab una ad aliam necessitatem; quia viatores non sunt immobilitas fixi in bono sicut Beati, neque immobilitas fixi in malo sicut damnati, sed flexiles modo in bonum, modo in malum, secundum quod prævaleat delectatio celestis, vel terrestris, semper tamen necessaria: eo ferme modo, quo canis modo blanditur, modo irascitur, semper tamen necessaria. Consulte Digestionem historicam in calce Dissertationis.

Ex adverso Pelagiianorum erraverunt circa libertatem arbitrii, minimum illud extollendo. 1. Dicebant, ipsum valere ad bonum, sicut ad malum sine gratia Del. 2. Stare non posse cum necessitate, scilicet quod specificationem, & exercitum, ita est duplex libertas a necessitate, scilicet specificationis, & exercitii. Libertas exercitii, qua etiam dicitur contradictionis, est ad actum, & ejus omissionem, qua nempe potest quis agere, & non agere, amare, & non amare. Libertas specificationis est ad actus specie diversos; qui actus si sint contraria, ut amare, & odire, sedere, & stare, dicitur libertas contrarietas; si sint actus dispositi, ut orare, vel studere, dicitur libertas dispositio.

## §. III. Multiplex radix libertatis.

## §. II. Varii errores circa Libertatem arbitrii.

In hac ergo libertate a necessitate, seu libertate indifferentie reponimus libertatem arbitrii; circa quam varie varij errant, aliis pluæ quoque illud extollendo, aliis cum negando. Negarunt 1. Stoici ex fato; quamvis tamen nonnulli velint, quod affectus humanos exemerint a fato, cui cetera subieciant. 2. Negarunt Astrologi ex influxu Syderum. 3. Negarunt Manichei ex duplicitate anima, bona, & mala, quam in unoquoque homine constituebant; quarum altera alteram necessario compellebat hoc ipso quo prævalebat. 4. Negarunt Wicelites, Lutherani, Calvinistæ ex peccato originali, & ex necessitate gratiae. 5. Negarunt ex iisdem principiis Bajus, & Jansenius, quorum primus dixit: *Quod voluntatis fit, est in necessariis fit, liberum tamen fit, est ejus propositio 39. a. S. Pio V. damnata: Et sola voluntas repugnat libertati hominis;* est propositio 66. Alter, non solum libertatem, quam vocat essentialiter, & simpliciter dictam, esse sit in sola immunitate a coactione cum perfecta advertentia rationis, sed quod graviss est, & damnatum, hanc a coactione libertatem sufficer ad merendum, vel demerendum in hoc statu naturæ lapsæ, nec requiri libertatem a necessitate: est tertia ejus propositio damnata.

Vero ad aliquam intelligentiam systematis Jansenii in presenti materia, & ad detegendas cavillationes, quibus & ipse, & ejus fautores illud obvolvere nituntur; observandum est, Jansenius admittere verbo tenus libertatem arbitrii, sed quæ sit eum necessitate; non autem uno modo intelligit libertatem, & necessitatem. Distinguit inter libertatem quodammodo essentiam, & quodammodo statum: item inter necessitatem fixam, invariabilem, & perpetuam, que in nullis circumstantiis vincit, qualis est, v. gr. illa, qua Deus se necessario diligit, aut qua Beatus diligit Deum; & necessitatem transitoriam, ac relativam, que stansibus praesentibus circumstantiis relativè ad vim oppositam superioris delectationis vincit non potest, licet absolute, & in aliis circumstantiis vincit posset. Dicit itaque, libertatem essentialiter arbitrii stare cum necessitate fixa, & invariabili: unde juxta ipsum Deus liberæ libertate essentialiter amat. Pater eadem libertate generat filium, Beatus amat Deum; &c. A libertate autem quodam statum hominis viatoris rejectum quidem necessitatem fixam, & invariabilem, quia homo viator est flexibilis in bonum, & malum, sed amittit transitoriam, & relativam: unde juxta ipsum, quamvis homo a cupiditate superiori, & dominate necessariæ in malum rapitur, sicut minus pondus in bilance necessariæ elevatur a majori, liberæ tamè, & demeritorie illud agit quicunque coacte, sed sponte cum perfecta advertentia rationis agit. Aug. abunde satis est, inquit 1. 4. de statu naturæ lapsæ c. 24. Edit. Rothomag. p. 271. col. 2. quod peccator...sciri, & prudens plana voluntate fertur in malum, sive ab ista diligendi mali necessitate se expedire possit, sive non possit.

Quando itaque Jansenius, & Janseniani dicunt, sub cupido dominante remanere libertatem arbitrii, inquit potentiam proximam, & expeditam ope parva gratis ad bonum faciendum (sic enim quandoque loquuntur cum Catholicis, ut censuris argumenta declinet, vel censuris Ecclesie se subducant) intelligent de potentia absoluta, & abstracta, atque in sensu diviso superioris cupiditatis, non de relativa ad superiorem cupiditatem presentem, & in sensu composito illius (qui sensu diuisus, & compositus est Calvinisticus). Etenim præter dicta, & plura alia Jansenius docet 1. 4. de grat. Chr. c. 9. quod vigente delectatione carnali impossibile sit, ut virtutis ac honestatis consideratio prævaleat. Et pater etiam ex illo, quod nullius repetit, & male

Theol. Billuart. Pars Secunda.

Bbb 2  
con-